



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Peregrini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

In c. si. de jure patr. & gl. in sum. 15, quest. 8, Jason: in l. 1, num: 11, & infra de transf. ad: facit quod in pœnalibus non fit extensio de casu ad casum, vel de similibus ad similia, nisi in quibusdam, prout dixi in ver: extensio, in 1, p. sicut nec vassallus venit privandus feudo, nisi in casibus expressis, Iser. in c. 1, quod vassal: jur: deb: fidel. facit quod nemo in dubio præsumitur irregularis, c. significasti, il primo, de homicid. Nav. in Manual: c. 27, à num: 49, & 193, notab: 3. ubi habes in dubio nullum censi irregularem, & hoc maxime in foro exteriori.

Tertio, ubi quis delinquit, & non est capax pœnæ à jure impositæ, tunc erit locus pœnæ ordinariæ, Gem: in c. si compromissa, §. & idem, ver: nota istam gl: de elect: lib: 6. facit pro minoribus, vel mulieribus, vel ægrotis delinquentibus.

PEREGRINI.

Primò, Peregrinus clericus absque dimissoriis sui Ordinarii, non debet admitti ad Missarum celebrationem, Conc: Trid: sess: 22, cap: quarta cura, §. deinde, in tit: de cler: peregr: §. extranei, c. primates. 71, dist.

Secundò, si celebrat quis extra suum Episcopatum, absque dimissoriis sui prælati, non incurrit aliquam pœnam de jure communi, licet male faciat, nisi de jure speciali aliquarum cathedralium, & præsertim Neapoli, ubi adest pœna suspensionis lata sententia in Conc. dicecesano, ut refert Afflict. in consuet: Reg: hoc tamen fallit quando

Episcopus, qui ordinat aliquem ad presbyterium cum dimissoriis sui Ordinarii, quia tunc per illas recentes dimissorias potest eum admittere ad celebrationem, quamvis illæ sint solum, quoad ordinem suscipiendum, & non quoad celebrationem, quia videtur sufficere notitia, & negotii veritas, nec obstat quod pontificale dicat, in fine promotionis presbyterorum, quod nullus ad eundem ordinem promotus prius celebret, quam cæremonias ritusque ad celebrationem necessarios edifcat, quia supponitur eos callere, vide Nav: cons: 1, de cler: peregr.

POPULUS.

Populi appellatione, an veniant clerici? Respondetur affirmative, §. plebifectum, Instit: de jur: nat: Selua 3, p: 9, num: 3. hoc intellige in favorabilibus, ver: 91. si interdicitur populus, non ita censentur interditi clerici, nec econtra, Sylvest. in vers: interdictum, 2, nu: 9, ver: octavum.

POSSESSIO BENEFICII.

Primò, per quem debet dari possessio?

Secundò, an quis per seipsum possit eam capere?

Tertio, an requiratur instrumentum, vel sufficiat scriptura privata, & testium depositio?

Quartò, quomodo probetur?

Quintò, quid fieri debet ab accipiente possessionem?

Q 3

Ad